



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXVII. Qui filii sint legitimi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

Non dirimitur quidem tunc matrimo-
nium, si non sit aliud aliquod justum im-
pedimentum probatum; puniuntur ta-
men tales propter inobedientiam, quam
commiserunt, contra interdictum Eccle-
siae contrahendo; tamdiu separandi, quo-
usque de causa cognoscatur, utrum matri-
monium de jure possit & debeat stare.

c. 1. h. t.

c. ult. eod.

Qui filii sint legitimi.

TIT. XVII.

Hoc Tit. eoque unico, agitur de secundo
capite hujus libri, nimirum de prole
& liberis legitimis, qui effectus & fru-
ctus est matrimonii legitime contra-
cti, deque legitimatis.

1. Qui ergo sunt filii legitimi?

I. Qui ex legitimo matrimonio seu ju-
stis nuptiis procreati sunt, quod nullum
obstaculum habet.

II. Qui ex parentibus publice qui-
dem atque in facie Ecclesiae & solemniter,
sed tamen nulliter, oblatens & ignoratum
impedimentum, quod inter eos justum
fuit, matrimonium junctis nati sunt, etiam
legitimi habentur. Ut & nati ex secun-
da uxore illius, qui prima uxore viven-
tis, secundam ejus rei ignaram in facie

c. 2. Sc.

Pervenit.

h. t.

X 2

Eccle-

c. pen. eod. Ecclesiæ duxerat. Quod meretur
 prolis, ut in dubio potius legitima
 illegitima pronuncietur, & sufficit
 hoc alterum conjugum fuisse igno-
 rem & bonæ fidei.

III. Ex soluto & soluta nati, & le-
 mati per subsequens matrimonium,
c. Tanta 6. eod. Garf. de benef. p. 7. c. 1. n. 28. inde habentur, ac si ex legitimo matrimo-
 nio nati esse, capaces omnium digni-
 tum etiam Episcopatus, excepto Cano-
 nicatu, ex constitutione Sixti V.

c. Soluta IV. Legitimati per rescriptum Pon-
vers. nobis tificis, vel S. Pont. nam & S. Pont. illegi-
autem su- timos efficere legitimos potest: in spiri-
p. De ma- tualibus quidem, veluti ut sint capaci-
or. & beneficiorum Ecclesiasticorum & Ordi-
obed. num sacrorum, omnes omnino Christi-
 anos, tanquam sibi in spiritualibus subje-
 ctos; in profanis vero, veluti ut succede-
 re parentibus possint, eos tantum, qui
 ipsi in rebus profanis subiecti sunt, nisi
 in causis multum arduis, & ubi de Reo
 causa præcipue agitur, veluti ut legiti-
 matus reddatur capax successionis in
 bonis.

(Pontifici hanc legitimandi potestatem non concedimus.)

2. *Judicium de eo, an legitimum quis sit, non, ad quem Judicem spectat?*

Ad iudicem Ecclesiasticum: adeo, ut si
actio natiuitatis, id est, an quis sit filius
legitimus, tantum incidat in hoc iudici-
um, & principaliter agatur de hereditate,
quam quis petit tanquam filius, ea ad ju-
dicem Ecclesiasticum sit remittenda. Ne-
que enim hic accessorium sequitur suum
principale, cum Laicus sit omnino inca-
pax huius iudicii Ecclesiastici.

Qui matrimonium accusare possunt,
vel contra illud testari.

TIT. XVIII.

Tertio huius libri capite explicatur, quo-
modo matrimonium dissolvatur, nem. eod.
pe per accusationem, & per divortium,
non quidem inter aliquos rite contra-
ctum, illud enim est indissolubile: sed
quod de facto, non jure contractum
iudicis auctoritate dissolvi debet.

1. Quid est accusatio matrimonii?

Est impedimenti, ob quod matrimo-
nium consistere inter conjuges non
potest, coram competente iudice legiti-
me facta allegatio.

2. Qui accusare possunt, vel non?

Sub distinctione respondendum est.

X 3

Quod